PROPRIETATES SERMONIS AESCHYLEI

QUATENUS E DIVERBIO PERSPECTAE SUNT

ENUMERAVIT ET IUDICAVIT

C. TH. ULLMANN
Professor.

QUARTA PARS.

Beilage zum Programm des Grossh. Progymnasiums in Donaueschingen.

1892. Progr. Nr. 598.

b.

TÜBINGEN.
Druck von H. Laupp jr.
1892.

9do
3 (1892)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

UNIVERSITÄTS- UND LANDESBIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

En habes, lector benevole, quam de nominum usu qui est apud Aeschylum, levitate quadam animi pellectus, compluribus abhinc annis disquisitionem ita institui, ut perpolite si minus perficiendam at temptandam susciperem. Quod studium licet animus minime refugiat accuratius uberiusque nunc demum explicare atque evolvere, in aliud tamen id differendum credidi tempus. Nimirum temporis illa tenuitas, exiguitas librorum, quibus mirum quam graviter premebar, ut proposito consilio desisterem effecerunt. Proferam igitur lineamenta tantum quaestionis *Aeschyleo* **de usu nominum** *instituendae.*

Ac primum de **articulo** quem ferunt erit sermo. — At vero id priusquam adgrediamur, origo articuli summatim universimque videretur esse investiganda ita, ut non Graecae solum linguae rationem haberemus sed linguas simul respiceremus recentiores, quo ad veritatis lucem illas cum Graeca comparando eo certius accederemus — nisi viri docti definiti sive, ut grammaticarum et graecarum et vernacularum auctores ipsum appellant, praepositivi articuli de origine quid statuendum sit, perpolite explanavissent: vernaculo de articulo mirum quantum disquisitionem profecit Franciscus Kern amplissimus vir Berolinensis libellis illis septem qui proximis his annis Berolini apud R. Strickerum prodierunt; Graeca de lingua si veritatem hac in re indagare investigareque volumus vetustissima scriptorum Graecorum monumenta — Homeri carmina dico — inspicere esse necesse iam pridem litterarum graecarum latinarumque P. P. O. Wagner Marburgensis exposuit in libello qui inscribitur: commentatio de articuli graecae linguae origine .... proposita a Car. Franc. Christ. Wagner — et nuper illustravit vel enucleavit anno p. Chr. n. MDCCCLXXII. Fr. Aug. Eckstein in programmate gymnasii Thomani Lipsiensis, qui vir doctus in pag. I. ceteros qui ei quaestioni operam dederunt ita enumeravit ut K. W. Kruegeri paene divinam doctrinam summis efferat laudibus, qui si quisquam alius graecarum litterarum doctus et intellegens existimator fuisse putandus est: cfr. Griechische Sprachlehre für Schulen 1875. I. § 50. — Quem post virum qui sane sat accurate locos homericos collegit, quibus sinceram articuli notionem inesse censebat, Ecksteinius cum haud pauca quae adderet et haberet et omnino alicuius momenti ac ponderis esse iudicaret uno quasi adspectu perspici posse, quotiens in Iliade quotiens in Odyssea singulae articuli tum notiones tum formae usurparentur, praeterea quae particulae,, quae coniunctiones, quae adverbia cum eo coniungerentur, quam fieri potuit accuratissime edocuit: quamquam non nego non omni ex parte mea me facere posse quae doctissimus vir de veri quem fert sincerique articuli usu homerico — Kruegeriana doctrina nisus — in pag. 23. 24. obtinuit omnia; sed nos quid de Homero? — Nequit vero negari primam propriamque articuli notionem *demonstrativam* fuisse; cf. Bernhardy Wissenschaftliche Syntax der Griechischen Sprache, Berlin 1829. p. 305. et not. 71. Unde propria in Atthide articulo evenit provincia personam vel rem aliquam tamquam singularem ante oculos ponendi; cf. Bernhardy l. l. p. 314. et quae in pag. 315. leguntur verba haec: „Ausdruck einer bestimmten oder bestimmt zu denkenden Einheit“. Itaque propria facta est articulo vicinitas substantivorum, qua ope poetas carere et potuisse et posse scimus. An de Goethio nostro mentionem faciam? cf. Bernhardy l. l. p. 312. sq.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Iam bona sunt Abraham Lincoln Fulleri Americani verba in libello qui inscribitur: de articuli in antiquis graecis comoediis usu, Lips. MDCCCLXXXVIII. adnotata haec: nomen substantivum, si sententiae subiectum est, articulum habet, si definitum est; sin autem non est definitum, articulus omittitur; sed cum basis ut ita dicam cogitandi ac dicendi sit, plerumque definitum est (p. 32.). — Deinde leges, ad quas usus articuli apud *nomina propria**) formatus est, idem vir doctus in pag. 34. seq. sagaciter composuit hisce: nomina propria eorum individuorum quorum ipsorum natura non descripta est semper fere articulo carent, vel ut Apollonius recte dicit: nomina propria propter proprietatem suam inhaerentem non tam articulo egent quam ea nomina quae communem rem significant. Secundum eam legem Aeschylus — pauca ut proferam exempla — sine articulo usurpavit nomina terrarum Ἑλλάδος in Sept. 72. (ed. Dindorf.), Ἄργει in Sept. 547. 573. Ag. 24., insularum Λήμνου in Ag. 284., Σικελίας in Prom. 369., populorum Καδμείων in Sept. 543., Ἀχαιοὶ in Ag. 267. 269. 320., montium Ἴδης in Ag. 281., Καύκασον in Prom. 719 (quamvis praeposito αὐτὸς pronomine, de quo infra erit sermo), nominum gentiliciorum Ἀτρειδῶν in Ag. 310. — cf. Stallbaumii adnotat. ad Platon. Phaedon. 57. A. factam: in numero plurali nominum gentiliciorum articulum aut addi aut omitti posse constat. — Quae in quaestione tractanda mirum quantum profecimus singulari acumine Kallenbergeri, cuius praeclara disputatio in Philologi vol. XLIX. Heft 3. inde a pag. 515. proposita inscribitur: der Artikel bei Namen von Ländern, Städten, Meeren in der griechischen Prosa. Quae quidem commemorentur, dignissima sunt doctissimi viri verba haec: Vorsichtige Grammatiker wie Krüger geben die Regel, dass der Artikel bei Ländernamen stehen oder fehlen kann; andere wie z. B. noch von Hartel . . . lehren schlechtweg, dass bei Ländernamen der Artikel stehe, und es giebt gewiss nicht wenige Lehrer, die unbarmherzig für jeden Verstoss gegen diese Regel einen Fehler anrechnen, ohne zu bedenken, dass beinahe jede Textseite eines griechischen Historikers dieselbe widerlegt, dass der beständig zugesetzte Artikel dem Griechischen einen unklassischen Anstrich giebt. Neque aut quae Meisterhans in gram. titulorum atticorum p. 186., scientia sua inscriptionum nisus profert: Ländernamen haben keinen Artikel: Κύπρος, Αἴγυπτος, Φοινίκη, Θετταλία, Σικελία, Λέσβος; aber weil ursprünglich adjektivisch: ἡ Ἀττικὴ κ. τ. λ. — aut iudicium viri docti Schmolling, quod in programmate gymnasii regii Sedinensis a. MDCCCLXXXII. in pag. 16. fecit: nomina populorum ad unum omnia praeter οἱ Ἕλληνες in titulis atticis nusquam cum articulo coniuncta legi taceo. Quibus iudiciis doctissimorum virorum nemini non persuaderi potest non omni ex parte expeditum esse Fulleri Americani iudicium in pag. 39. libelli supra commemorati propositum: leges quibus nomina terrarum urbium montium insularum populorum articulum habeant an eo careant certas constitui non posse. — Denique proprietas sermonis Aeschylei mihi quidem in diverbio obfuit nulla. —

Tum de comicorum poetarum articuli apud *appellativa nomina* usu Fuller in pag. 39. haec adnotavit: sunt nomina appellativa quorum articuli usus aequus est atque apud nomina propria. Exempla affert ὁ ἀήρ, ἡ ἕως, ἡ γῆ, ὁ ἥλιος, ἡ σελήνη; praeterea naturae phaenomenorum nomina ut ὁ βορέας, ὁ κεραυνός, αἱ νεφέλαι, ὁ σκότος; porro significationes rerum, quae Athenis singulae erant, ut ἡ ἀγορά, ἡ βουλή, ἡ ἐκκλησία: Aeschyleum sermonem a comico poeta discrepare non inveni: nempe vocabula fere omnia, cum magnam saepe cum proprio nomine habeant similitudinem, sine articulo adhibentur. — Quod vero Abraham Lincoln Fuller inde a pag. 47. alphabetae ordine collectionem composuit aliorum nominum appellativorum quae et

*) virorum doctorum qui ea de re egerunt libros priorum temporum Bernhardy in synt. p. 317. n. 80. enumeravit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ipsa propter similitudinem nominum propriorum articulo carere possunt, ex diverbio Aeschyleo memorabilia vocabula sine articulo fere usurpata affero: δῆμος, ἄστυ, πόλις; θεοί, ἄνθρωπος, φίλοι, ἐχθροί; πατήρ, μήτηρ; θάνατος; χείρ, πόδες, ὀφθαλμοί; ὅπλα ex Prometheo Persis Agamemnone fabulis, quas fabulas ob eam ipsam rem accurate inspexi, repetita. Ceterum de ἀνὴρ ἄνθρωπος formis ad Fulleri p. 49. usque ad 52. relegasse satis habeo et ad ea quae infra de αὐτὸς pronominis usu et formis dicentur.

Iam vero tragico in sermone vestigia *demonstrativae* significationis articuli passim deteguntur, sed perpauca nominativi casus ita usurpati: ut in Aesch. Sept. 17: ἡ γὰρ (Γῆ est intellegenda) θεοὺς ἕρποντας .... ἐθρέψατ' οἰκητῆρας ἀσπιδηφόρους. Cfr. Soph. El. 45. ὁ γὰρ. | μέγιστος αὐτοῖς τυγχάνει δορυξένων: vide Kruegeri gramm. ampl. II. § 50. 1. n. 2. — Ceterorum casuum exempla sint in Sup. 358. τῶν γὰρ οὐ δεῖται πόλις, in Ag. 7. ἀντολὰς δὲ τῶν κ. τ. λ. — eiecta quidem ut spuria verba a Weckleinio, Dindorfio, Valckenario, sed retenta ab Hermanno —, in Sup. 434. ἢ τοῖσιν ἢ τοῖς πόλεμον αἵρεσθαι μέγαν | πασ' ἐστ' ἀνάγκη, in Sept. 197. ἀνὴρ γυνή τε χὤτι τῶν μεταίχμιον, in Sup. 374. σπουδὴ δὲ καὶ τοῦ συγκαταρτίζει πόδα, in Eum. 174. καὶ τὸν οὐκ ἐκλύσεται, in Ag. 1456. τὰς πάνυ πολλὰς i. e. multas illas — cf. Bernhardy synt. pag. 320 —, in Pers. 775. τὸν δὲ σὺν δόλῳ .. ἔκτεινεν, in Sept. 385. τρεῖς κατασκίους λόφους | σείει ... ὑπ' ἀσπίδος δὲ τῷ | χαλκήλατοι κλάζουσι κώδωνες φόβον (ubi quae commemoretur digna est collocatio articuli, cf. Bernhardy synt. p. 312; errat autem doctissimus vir, cum τῳ in Sept. 472. per enclisin legendum esse neget; vide G. Hermanni adnotationem ad versus 453. 454. factam; ceterum Dindorfius et ipse: τύχῃ δέ τῳ.), in Eum. 462. κἀγὼ κατελθὼν τὸν πρὸ τοῦ φεύγων χρόνον ἔκτεινα (cf. Fuller l. l. p. 20.), in Eum. 2. ἐκ δὲ τῆς (Γαῖα est intellegenda) Θέμιν scil. πρεσβεύω, in Prom. 237. τῷ τοι τοιαῖσδε πημοναῖσι κάμπτομαι, in Eum. 166. τὸν οὐκ ἐκλύσεται, in Eum. 7. δίδωσι δ' ἡ γενέθλιον δόσιν, in Pers. 788. συμβαίνει τὰ μὲν ... τὰ δ' οὐ, in Eum. 693. ἐν δὲ τῷ σέβας ... σχέσει, in Eum. 849. καὶ τῷ μὲν εἶ σὺ κἀρτ' ἐμοῦ σοφώτερος, in Eum. 660. ἡ δ' ἅπερ ξένῳ ξένον | ἔσωσεν ἔρνος, in Pers. 424. τοὶ δ' ὥστε θύνους ... ἔπαιον. — Ceterum mitto videre de aliis versibus, ubi δὲ particula post articulum collocata est ut in Cho. 241., Prom. 735., Ag. 1078. 1596. Cfr. Fuller. l. l. p. 11. seq. — Iam Sophoclem ut videamus: rarius ille quidem Aeschylo articulum semel positum vi pronominis demonstrativi usurpavit ut in O. R. 1082. τῆς γὰρ πέφυκα μητρὸς, cf. Phil. 142. ch. τό μοι ἔννεπε; sed saepe ὁ δέ, τὸ δέ, ὁ γὰρ leguntur, saepissime ὁ μὲν — ὁ δέ; item notione demonstrativa dictae sunt formae ἡ in O. C. 345. ἡ μὲν ἐξ ὅτου | νέας τροφῆς ἔληξεν (in versu 353. oppositis his σὺ δὲ κ. τ. λ.), τῶν (Th. Bergk. τῷ) in O. C. 162. ch. τῶν, ξένε πάμμορ', εὖ φύλαξαι; cf. Euripidis Phoen. 9. 17. 30. 69., Alc. 264. — Iam in πρὸ τοῦ formula notum est temporis praeteriti significationem inesse eam, ut comparationem habeat praesentis temporis. Aeschylus autem cum praeterito comparavit in Eum. 462. supra adscripto; sed idem fecit Herodotus in I. 103: καὶ πρῶτός τε ἐλόχεσε κατὰ τέλεα τοὺς ἐν Ἀσίῃ ... πρὸ τοῦ δ' ἀναμὶξ ἦν πάντα ὁμοίως ἀναπεφυρμένα et in VII. 139.: ἢ ταῦτα ἂν ἔπαθον ἢ πρὸ τοῦ ὁρέοντες ἂν .... ὁμολογίῃ ἂν ἐχρήσαντο: cf. Bernhardy synt. graec. p. 311. — Tum quasi per eminentiam quandam — uti ut liceat vocabulo — articulus dictus est in Sept. 208. ὁ ναύτης ἄρα μὴ 'ς πρῷραν φυγὼν | πρύμνηθεν ηὗρε μηχανὴν σωτηρίας; ubi in articulo vis inest generalis. Dubia iam scriptura est in Pers. 218. τῆς πόλεως — quae scriptura si est vera, articulus non aliter atque in priore versu accipiendus est. Huc revocanda sunt ex Sept. 268. quoque verba τὸν μέγαν τρόπον i. e. eo quo decet modo. Ceterum similiter Sophocles in O. R. 232. ἡ χάρις προσκείσεται et Euripides in Andr. 358. τὴν δίκην dixerunt.

Iam ad *collocationem articuli* quod attinet, ut quae sit notissima res, cur me convertam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

haud scio an non habeam; at offendat aliquis in Aesch. Cho. 277.: τὰς δὲ τῶν νόσους, sed Sophoclea verba ἡ μὲν ἡμῶν μοῖρα ex O. R. 1458. comparo. Addo in Prom. 313. τὸν νῦν χόλον παρόντα me legisse sed participium adverbio attributum et extrinsecus quasi appensum est.

Mirum autem in modum articulum poeta usurpavit omisso quo opus erat substantivo in Ag. 1087. 1088.: ποίαν στέγην; | πρὸς τὴν Ἀτρειδῶν; Sed simillimus est versus Bach. 925. Euripideus hic: οὐχὶ τὴν Ἰνοῦς στάσιν ἢ τὴν Ἀγαυῆς. Bonus certe sermo atticus dubito an ab eo usu fuerit alienus, cf. Krueger. gram. ampl. II, 50., 1. 22. Ceterum cfr. Prom. 954. In universum ad Bernhardy Synt. p. 314. 315. relego, qui vir doctus eam rationem exposuit.

Sed patrio de more omisso articulo ab Aeschylo intelleguntur vocabula βασιλεὺς Persarum rex in Pers. 234. πᾶσα γὰρ γένοιτ' ἂν Ἑλλὰς βασιλέως ὑπήκοος et ἀνὴρ maritus in Ag. 1400.: ἥτις τοιάνδ' ἐπ' ἀνδρὶ κομπάζεις λόγον, cfr. Soph. Trach. 293. πῶς δ' οὐκ ἐγὼ χαίροιμ' ἂν ἀνδρὸς εὐτυχῆ | κλύουσα πρᾶξιν . . .; Cfr. Bernhardy Synt. p. 317. — Porro quod articulus ante participia collocatus est — cfr. Fuller. p. 83. sq. — tum cum nostrates pronomine infinito utuntur, ea de re Aeschylo cum patrio sermone convenit; vide Menge Repetitorium der griech. Syntax. p. 3. not. et p. 4, 6. et Bernhardy. synt. p. 318, 23. et Meisterhans. gram. tit. att. p. 190. Dixit poeta in Prom. 27. ὁ λωφήσων γὰρ οὐ πέφυκέ πω, et in Sup. 248. εἰ μὴ παρόντα φθόγγος ἦν ὁ σημανῶν, et in Pers. 93. τίς ὁ κραιπνῷ ποδὶ ἀνάσσων; Quibus cum versibus Aeschyleis comparari possunt Sophoclea verba quae sunt in Antig. 261. οὐδ' ὁ κωλύσων παρῆν; cfr. El. 1197. οὐδ' οὐπαρήξων οὐδ' ὁ κωλύσων πάρα, et Phil. 1242. τίς ἔσται μ' οὐπικωλύσων τάδε; Ceterum videnda est Kruegeri gram. ampl. II. p. 50, 4. 3., qui qua ratione accipiendus ac necessarius sit articulus exposuit; cf. Kaegi gram. gr. § 136, 2. not. 2.; exempla plura Krueger in p. 50, 4. 6. congessit.

Tum homines atticos οὗτος, ὅδε *pronominibus demonstrativis* quae dicuntur articulum, quo clarius demonstraretur, addere consuesse notissima est res. Cfr. Bernhardy. synt. p. 319. et comico de usu Fuller. lib. p. 104. Eidem consuetudini Aeschylum morem gessisse in propatulo est. Vide ex. c. Ag. 547. 1105. 1186. 1581. 1604. 1628. 1643. 1650. 917. 619. 906. 965. 1039., quae exempla mirum quem ad modum cumulari possunt. De titulis Schmolling in p. 9. monuit nisi in inscriptione quae in C. I. Gr. II. 1. no. 469. legatur eaque metrica τοῦτο λαχοῦσ' ὄνομα articulum desiderari nullibi; cf. Meisterhans. gram. tit. att. p. 190. et not. 1557. Et congruenter quod omnino articulum omittere potuit, qua de re supra disputavimus, post demonstrativa quoque poeta id satis saepe sibi sumpsit: accedit quod pronomen graecum demonstrativum vim solam loci habere potest, adeo ut articulo apposito opus non sit. — Quod vero Passowius de collocatione οὗτος pronominis in lexico s. v. profert: ‚doch scheint die Stellung nicht gleichgiltig, sondern οὗτος mit mehr Nachdruck nachgestellt worden zu sein, in welchem Falle es als nachdrückliche Apposition erschien', neque ex titulis neque ex sermone Aeschyleo virum doctum recte iudicasse apparet.

Porro post αὐτὸς pronomen quamvis eandem atque Romanorum ‚ipse' pronomen significationem habeat, articulum desideravi ex. c. in Ag. 37. οἶκος δ' αὐτὸς . . . σαφέστατ' ἂν λέξειεν et in Prom. 361. φρένας γὰρ εἰς αὐτὰς τυπεὶς | ἐφεψαλώθη. Id genus exempla saepissime occurrunt, sed ad ea relego quae supra de appellativis cum agerem dixi. Cfr. Bernhardy. synt. p. 319. De titulis videndus est Schmolling. lib. p. 4. sq. — De Prom. 221. αὐτοῖς συμμάχοις poetae cum atthide convenit, cf. Bernhardy. synt. p. 286. — At quotiens αὐτὸς ‚idem' pronominis vim habet, totiens ab Aeschylo articulus praepositus est. Exempla sint Prom. 275. ταῦτά σοι πλανωμένῃ | πρὸς ἄλλοτ' ἄλλον πημονὴ προσιζάνει et Sept. 638. τὸν αὐτὸν τόνδε . . . τρόπον, cfr. Prom.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

845., Eum. 625., Sept. 608., Cho. 200. 257. — qui versuum numerus fere infinitus est. De comico sermone ad Fulleri disputat. p. 108. relego. Denique rectissime Vigerus: αὐτὸς articulo praecedente in omni casu et genere significat ‚idem'. — Non praetereunda mihi videtur commentatio Roberti Menzel de αὐτὸς pronomine instituta quae Gryphiswaldiae anno MDCCCLXII prodiit, qui vir doctus in pag. 36. admonuit omissionem quam dicant articuli ab atticorum sermone alienam esse recte autumasse G. Hermannum in opusc. I. p. 332. nec non hominem grammaticissimum Matthiae unum omnium diligentissime hanc rem tractavisse in Add. ad Eur. VII. p. 502. Jam nominativus singularis utrum αὐτὸς an αὑτὸς scribendus sit, ex titulis nequit diiudicari, quippe ubi hae formae legantur τὸν αὐτόν, τὴν αὐτήν, τῷ αὐτῷ, τῶν αὐτῶν, τοῖς αὐτοῖς, ταὐτά: crasis nisi in ταὐτό(ν), ταὐτά formis neutrius generis non legitur; cfr. Meisterhans. gram. tit. att. p. 122. 10. et not. 1102.

Tertium articuli simillimum usum post πᾶς pronomen inveni. De comico sermone ad Fulleri opusculi p. 109., de titulis ad Schmollingi libelli p. 16. et ad Meisterhans. gram. tit. ad p. 192. 193. relego. Attici quidem homines quam regulam secuti post πᾶς pronomen articulum collocaverint, satis notum est. Quare Aeschylus a patria consuetudine dicendi alienus esse videtur, qui in Pers. 249. ὦ γῆς ἁπάσης Ἀσίδος πολίσματα dixerit; cfr. versum 763., et in 255. στρατὸς γὰρ πᾶς ὄλωλε et in 278. πᾶς δ' ἀπώλετο στρατὸς et in Ag. 1106. πᾶσα γὰρ βοᾷ πόλις, cfr. Pers. 383. 387. 458. 466. 496. 516. 718. 763, 771. 798., Cho. 260. 1046., Sup. 254., Sept. 6., Ag. 337., saepe. Idem fecit Sophocles in Phil. 1240.: πάντ' ἀκήκοας λόγον, cfr. Aesch. Ag. 582. quae concludendi formula in Ai. 480. quoque legitur, ubi adnotatio a Schneidewinio facta quae commemoretur est digna; cf. Ai. 734. πάντα χρὴ δηλοῦν λόγον. At ne pedestris quidem sermonis scriptoris eam libertatem dicendi respuerunt, id quod Schneider ad Platon. Civ. III. p. 250. exposuit. Et qui titulis servati sunt versus post πᾶς et ἅπας articulum omiserunt, cum prosae orationis inscriptionibus articulus defendatur omnibus. Neque vero ad ea non relego quae de omissione quam dicunt articuli poetica supra exposui. —

Similiter Aeschylus in Pers. 129. ad verba ἀμφοτέρας αἴας articulum, addere quem debebat — cfr. Kaegi gram. § 137, 2. et Menge. rep. 10, 2. — non addidit: sed chori est versus, adeo ut rem missam facere liceat. Quod vero Sophocles in O. C. 483. ἐξ ἀμφοῖν χεροῖν dixit — qui versus senarius est — id Aeschylus in trimetris sibi non concessit. De titulis bene disputarerunt Schmolling in p. 15. 16. et Meisterhans in p. 149, 20: uterque vir doctus in titulis unquam articulum post ἀμφότερος omissum esse negavit. Comico vero poetae cum Atthide de ἄμφω conveniri ex Fulleri lib. p. 114. 115. colligi potest.

Tum ad articuli usum cum ad interrogativum additur transeo tractandum. In universum ea de re ad Kruegeri gram. ampl. § 50. 4. not. 7, de comico usu ad Fulleri disputationis pag. 99. seq. relego. Iam in Prom. 250: τὸ ποῖον εὑρὼν τῆσδε φάρμακον νόσου; legitur: proleptice articulus additus est. Quod quidem non recte se haberet, nisi in versu qui antecedit aliqua medicinae significatio inesset. Qui versus

θνητοὺς ἔπαυσα μὴ προδέρκεσθαι μόρον

verba sunt Promethei, qui quot beneficia ipsi mortales debeant homines vel quibus artibus ipse eos a saevitia ad humanitatem transduxerit explicat. Jam chorus cum alibi ipse Prometheus medicinam uniuscuiusque calamitatis humanae propriam protulisset nominatim, etiam hanc medicinam quaerebat. Cfr. ex Soph. O. C. 893. 894. versibus verba Oedipodis haec: πέπονθα δεινὰ τοῦδ' ὑπ' ἀνδρὸς ἀρτίως, ad quae Theseus Atheniensium rex respondet: τὰ ποῖα ταῦτα; Cfr. Phil. 1229. τὸν ποῖον; i. e. qualem virum?, O. R. 120. τὸ ποῖον; Trach. 78., O. R. 291.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

935.; cf. Elmslei adnot. ad O. C. 893., Eur. Phoen. 707., Porsonii ad Eur. Phoen. 719. 892., Arist. Acharn. 418., 974., Nub. 1270. factas. —

Porro Aeschylus articulum ne relativi quidem pronominis vice fungi vetuit: quam quaestionem crebro a grammaticis agitatam de Homero Ecksteinius in libelli supra commemorati p. 25. seq. expedivit, comicus ubi articulum ut pronomen relativum adhibuerit Fuller in dissertationis p. 21. 22. exposuit. Iam Aeschylum ut videamus: versus sunt Ag. 526. Διὸς μακέλλῃ, τῇ κατείργασται πέδον et Sept. 37. ἔπεμψαι, τοὺς πέποιθα μὴ ματᾶν ὁδῷ et Ag. 642. διπλῇ μάστιγι, τὴν Ἄρης φιλεῖ: adde Sup. 265. 335. 521., Ag. 526., alios multos versus. Cfr. Ag. 974. μέλλει δέ τοί σοι, τῶνπερ ἂν μέλλῃς τελεῖν et Pers. 779. κἀγὼ πάλου τ' ἔκυρσα, τοῦπερ ἤθελον: sed in Cho. 780. μέλει θεοῖσιν, ὧνπερ ἂν μέλῃ πέρι et in Ag. 853. θεοῖσι . . . . | οἵπερ πρόσω πέμψαντες ἤγαγον πάλιν leguntur. Item τῆς pro ἧς est ex. c. in Soph. Trach. 730., O. C. 1231. 1259., quem poetam ex tragicis saepissime eum morem epicum servavisse satis constat, rarius Aeschylum, rarissime Euripidem eumque praecipue in canticis. Sed atticis Aristophanis in diverbiis articulus nunquam ut pronomen relativum adhibetur, sed a Megarensi homine adhibitus est in Lys. 761. seq., a Boeotio in Acharn. 870. 871., praeterea in duobus choris Lys. 1305. seq. et Thesmoph. 123. seq. Cfr. Fulleri lib. supra nominati p. 21. seq. — Ceterum in casu nominandi — utpote qui non a dentali habeat initium — vis relativa perraro inest ut in Eum. Bacch. 468. οὐκ, ἀλλ' ὃ Σεμέλης ἐνθάδ' ἔζευξεν γάμοις, qui versus hodie fere correctus legitur. Denique poetae metri necessitate coacti id fecerunt; sed est quoque ubi in initiis senariorum ut in Sup. 262., Eum. 878. ch. — Denique Aeschylum id sibi sumpsisse commemoro quod adiectiva neutrius generis praemisso articulo substantivorum abstractorum instar adhibuit; cfr. Menge. rep. p. 15. Aeschylea exempla affero duo: unum ex Prom. 289. mel. repetitum τό τι γάρ με, δοκῶ, ξυγγενὲς οὕτως ἐσαναγκάζει, χωρὶς δὲ γένους κ. τ. λ., alterum ex eiusdem fabulae versu 39.: τὸ συγγενές τοι δεινὸν ἥ θ' ὁμιλία. Sed tale est illud in altero libro historiarum Thucydidis in oratione qua Pericles consolatur animos eorum quorum sui pro patria occubuerant: τὸ δ' εὐτυχές — inquit — οἳ ἂν τῆς ἐκπρεπεστάτης λάχωσιν κ. τ. λ. Cfr. Classen. prooem. edit. histor. Thucyd. p. LXXXIII; qui vir doctus exempla τὸ πιστόν, τὸ βραδύ, τὸ τολμηρόν, τὸ ἐπιεικές, τὸ ξυνετόν, τὸ διδιός, τὸ βουλόμενον, τὸ ὀργιζόμενον, τὸ ἐπιθυμοῦν, τὸ θυμούμενον atticissimi rerum scriptoris ex libris congessit addititque haec . . ‚so giebt sich darin nicht eine Manier oder Caprice, sondern das wohlbegründete Streben kund, die abstracte Allgemeinheit jener Begriffe für den jedesmal vorliegenden Fall in eine mehr greifbare Form zu kleiden, wobei doch immer durch das Neutrum diejenige Unbestimmtheit gelassen wird, die der Sache selbst zukommt.'

De articulo postquam vidimus, proximum est ut de **substantivis** agatur nominibus. In universum ea de quaestione ad Bernhardy synt. p. 45. sq., Kuehneri gram. ampl. II, 2. p. 15. sq. (edit. II), Kruegeri gram. § 40. sq., Schulze p. 2. sq. relego. — Ac primum quidem *metonymiae*, qua nomine abstracto concretum significatur — qua de re Ricardus Volkmann in ‚die Rhetorik der Griechen und Römer', edit. IV (quae anno MDCCCLXXIIII Lipsiae prodiit) pag. 361. seq. sagacissime disputavit — exempla Aeschylea sint: νόσος in Ag. 926., τυραννίς in Cho. 973., ἔρις in Sept. 429., πανουργία in Sept. 630. (si libri ms. lectio servatur), φόνος in Pers. 420., κόσμος in Pers. 920., ἡλικία in Pers. 914. anapaestico, ἥβη in Pers. 512. 719. 922. anap. — Exempla quae in canticis obvia sunt Schulze in lib. p. 2. enumeravit. Vide etiam quae modo de τὸ συγγενὲς diximus. — Neque vero frequens is usus est, quo nomine abstracto, quod aut laudem aliquam aut convicium continet, homo significatur: exempla adscribo τριβὴ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ex Cho. 749., ἐλπίς ex Cho. 776., στύγος ex Cho. 1028., ὠδίς ex Ag. 1418., αἰσχύνη ex Pers. 774. — Saepius substantiva quae in μα clausulam cadunt significatione concreta inveniuntur. Est enim haec terminatio in confiniis significationum quarundam, cum et actionem exprimat et actionis instrumentum et quae fiunt actione et personam in quam transit actio et, quamvis rarius, agentem, cfr. Schierlitz. p. 14. Sed nos iam concretam significationem videamus: quae est in φρούρημα in Sept. 449., μέλημα in Cho. 235., μίασμα in Ag. 1645. et in Cho. 1028., μίσημα in Eum. 74., ἀπαιόλημα in Cho. 1002. (Schol. ἀπάτημα), μείλιγμα in Ag. 1439., πίστωμα in Pers. 171. Iam ceterorum poetarum tragoediae inspiciendae sunt nonne idem usus compareat. Quaestionis priore loco commemoratae exempla sint Sophoclea τιμαὶ ex Ai. 670., ὑπεροπτία ex Antig. 130., Euripidea δουλαῖαι ex Bacch. 802., ποίμνη ex El. 526. repetita. Comici vero ab ea audacia dicendi fere abstinuerunt; cfr. Bernhardy synt. p. 46. Deinde substantivorum quae μα clausula terminantur, concreta significatione usurpatorum exemplum est λόχευμα ‚fetus procreatum sive editum' intellegendum in Herc. fur. v. 252.: ὦ γῆς λοχεύμαθ', οὓς Ἄρης σπείρει ποτέ, ubi Klotzius adnotavit: terrigenae hoc loco Thebani dicuntur; cfr. Orest. 997., Phoen. 803. 816. 1019., Iph. A. 285., Jon. 921. Porro λάτρευμα ministrum in Troad. 1106. significat, τύμβευμα cadaver in Jon. 933. accipitur. — Denique Sophocles in Antig. 752. servum δούλευμα dixit, quod vocabulum Schneidewinius vernaculo verbo Weiberknecht vertit; idem vir doctus Sophoclea plura exempla ad Antig. v. 320. — ubi λάλημα nostrum Schwätzer est intellegendum affert haec: κήδευμα pro κηδεστὴς in O. R. 85. dictum, προσφονήματα pro nominum vocabulo in O. C. 326., παραγκάλισμα in Antig. 650. amplexum pro amplexabunda; cfr. O. C. 863. 891. —

Simile metonymiae genus est, cum materia rem inde effectam significat: Aeschylus in Ag. 279. λεύκη taedam dixit — quo de vocabulo ad Goebel. lexilog. homer. I. p. 228. relego qui πεύκην vel eandem vel similem arborem atque πίτυν esse demonstravit. Cfr. Soph. O. R. 213. 214. (ed. Schneidewin.) πελασθῆναι, φλέγοντ' | ἀγλαῶπι . . . πεύκᾳ et πεύκης σέλας quae sunt Euripidea in Troad. 298. verba. — Porro nota rei rem ipsam significari videmus: in Aesch. Cho. 357. et in Pers. 144. βάκτρον imperium et τόξου ῥῦμα sagittarii intelleguntur. Neque αἰχμὴ et δόρυ vocabulis bellum non significari notissimum est. Idem δόρυ vocabulum Aeschylus pro nave dixit ut in Pers. 403. — cf. notam sive a Teuffelio sive a N. Weckleinio ad h. v. factam hanc: δόρυ s. v. a. ναῦν, nicht s. v. a. στόλον — et in Ag. 1601., et in Sup. 826. 985. Similitudinem Sophocleam ita exstare Schulzius doctissimus vir negavit ut uno in Phil. 712. inveniatur haec: ὅς νιν ποντοπόρῳ δούρατι, πλήθει | πολλῶν μηνῶν, πατρῴαν ἄγει πρὸς ἀκτάν; Euripidem saepe ita dixisse idem vir doctus testatur. — Tum κάμαξ vocabulo in Ag. 66. hastile significatur, quod vocabulum Robertus Enger in glossario ad fabulam conscripto ‚ein langes Stück Holz, eine Stange' proprie intellegendum esse monuit; exempla Sophoclea exstant omnino nulla, haud pauca Euripidea. — Ceterum similiter σχεδία in Pers. 68. pons ex ratibus confectus accipiendum est — cfr. Teuffeli adnotationem ad versum factam — et κοινωνία χερνίβων quemadmodum intellegenda sint verba in Ag. 1007., et Schneidewinius ad v. 996. et Enger in glossar. tragoed. pag. 129. exposuerunt. Denique id genus exemplorum cum facile sit cumulum coacervare, rem missam facere licet. — Quemadmodum vero βοὴ in Ag. 1349. et in Sup. 730. debeat accipi, in prima disputationis parte monui; cfr. Weckleini notam in editione trilogiae — uti ut verbo liceat — Aeschyleae factam hanc: πρὸς δῶμα δεῦρο βοὴν d. i. den Hilferuf πρὸς δῶμα δεῦρο (βοηδρομῆσαι πρὸς δῶμα δεῦρο). — Deinde quo magis definite notio aliqua describeretur, Aeschylus id fecit ut ad substantivum aliquod substantivum eundem in casum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

declinatum adderet. Neque vero appositum est substantivum: quae enim proprie apposita dicuntur, eis ad ipsius rei notam adicitur nova: hic de novis notis cogitare adeo non licet ut unam tantummodo notionem sed eam arte definitam provenisse pateat; cfr. Bernhardy synt. p. 54. Legi Σκύθην ἐς οἶμον in Prom. 2., ubi N. Weckleinius Σκύθην adiectivum esse iudicat aeque ac in Αἴγυν στρατόν, quod vocabulum in fragm. ed. G. Hermann. 182. inveni. Doctissimus vir ad Prom. v. 417., Sept. 817. de eodem Σκύθης vocabuli usu mentionem fecit; ex Cho. 161. Σκύθης ἄρης adscribo: libri ms. M. lectio est haec: σκυθι τά τ', ης ab διορθωτῇ super addito; correxerunt Dindorfius aliter, aliter N. Weckleinius, sed utut res se habet, de adiectivo Σκύθης cum hoc viro doctissimo mihi non convenit, cfr. Bernhardy synt. p. 48. Quod vero N. Weckleinius notam fecit hanc ad Prom. 761.: τύραννα σκῆπτρα: vgl. Soph. Antig. 1169. τύραννον σχῆμα, Eur. Andr. 3. τύραννον ἑστίαν, Hipp. 843. τύραννον δῶμα, τύραννος ist wie δοῦλος, κασίγνητος, γέρων und wie die Völkernamen ein Wort, dessen Bedeutung zwischen Substantiv und Adjectiv schwankt — hoc facile concesserim, cum praesertim satis multa nomina terrarum non substantivae sint formae ut ἡ Ἀττική, ἡ Ἑλλάς, ἡ Ἀσία; cfr. Meisterhans. gram. tit. att. p. 186, 15. — Postremo proprietatem Aeschyleam refutatam ex exemplis ceterorum tragicorum ab eodem viro docto Weckleinio collectis colligere quivis potest. — Simili ratione Aeschylus in Pers. 605. παρθένου πηγῆς dixit (ubi scholion est καθαρᾶς) et in Ag. 650. et in Eum. 803. τύχη et αἰχμὴ feminina masculinis σωτὴρ et βρωτὴρ exposuit; cfr. εὐπραξίας σωτῆρος ex Sept. 224. Quibus cum Aeschyleis exemplis Sophoclea λωβητῆρες Ἐρινύες ex Antig. 1074., τύχῃ σωτῆρι ex O. R. 81., κύνας βοτῆρας ex Ai. 297., Euripidea νεανίας λόγους ex Alc. 679., τιμὰς σωτῆρας ex El. 993., οἰκέτην βίον ex Jon. 1373. comparo. — At non aliqua sine audacia Aeschylus in Cho. 47. πάνοιζυς ἑστία et κάτοπτρον πρῶνα in Ag. 314. dicere sibi concessit, sed κάτοπτρον libri M. scripturam viri docti ex scholio quod est κατόψιον in κάτοπτον correxerunt. —

Tum totum cum parte ope καὶ particulae coniunctum inveni in Cho. 145. ξὺν θεοῖσι καὶ Γῇ καὶ Δίκῃ, sed verborum structuram aliter intellegi posse non nego, cum praesertim litteris maiusculis opus non sit. — Porro Graecorum erat notionem unam duobus substantivis ita circumscribere ut alterumutrum esset genetivus. Quo genere circumscribendi splendorem orationis saepe augeri Hermannus ad Viger. p. 887. docuit; exemplum vero ex Prom. 433. κελαινὸς Ἅιδος δ' ὑποβρέμει μυχὸς γᾶς haud scio an non recte laudaverit: longus ne sim, Homerica τέλος θανάτοιο verba quasi exemplar quoddam propono. Plane homerice Aeschylus dixit δυσμαὶ φθινασμάτων in Pers. 232. (ubi perbene Teuffelius adnotavit) et συμφορὰ πάθους in Pers. 436. et δεσμῶν πέδαι in Prom. 6. (ubi Weckleinius adnotavit haec: πέδαι Fesseln, δεσμὰ Bande. Vgl. Eur. Bacch. 447. δεσμὰ διελύθη πεδῶν, Ag. 850. πῆμα νόσου, Pers. 543. λέκτρων εὐνάς.) Ex Euripidis Herc. f. 798. memorabilia sunt quippe quae plane congruant verba ὦ λέκτρων δύο συγγενεῖς εὐναί, ubi nota de loquendi formula Klotzius ad Alc. 925. λέκτρων κοίτας suamque adnotationem ad versum factam relegavit. — Similia sunt νᾶμα πόρου in Prom. 806. et Ποσειδῶνος κράτος, quamvis quod intercedat discrimen inter proxima duo exempla non ignorem. Similiter Euripides in Sup. 715. ὅπλισμα κορύνης vocabula coniunxit. Cfr. etiam ex Ag. 313. φλογὸς μέγαν πώγωνα .... φλέγουσαν, ubi participium ad sensum ut dicunt constructum est. Sed ut ad verba supra adscripta Ποσειδῶνος κράτος redeam explicanda: tragici ad habitum corporis describendum δέμας — ut in Prom. 146. σὸν δέμας —, et σχῆμα — ut in Sept. 470. Ἱππομέδοντος σχῆμα —, vocabulis utebantur; robur et fortitudinem ut ornarent: βία ut in Cho. 893. Αἰγίσθου βία et in Sept. 571. Τυδέως βία, Πολυνείκους in Sept. 559., Λασθένους in 602.; σθένος ut in Eum. 289. Ἀθηνᾶς σθένος; κράτος ut in Ag. 108. Ἀχαιῶν (quem versum aliter

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

intellegi posse scio, cfr. adnotat. Schneidewini ad versum factam) — vocabulis significabant. Similitudines tragicas Schulzius in p. 22. enumeravit, qui idem de geographicis circumlocutionibus ut 'Αχαιΐδος πέδον similibus verba fecit. — Tum huc pertinere arbitror eam dictionem potissimum tragicam qua Aeschylus in Pers. 816. ὄμμασι βροτῶν pro ὁρῶσι βροτοῖς et in Ag. 54. 55. πόνου ὀρταλίχων et in Pers. 737. πόνος πλούτου dixit; cfr. cum Schneidewini adnotationem ad Ag. versum factam tum N. Weckleinii in edit. Orestiae p. 35., qui vir doctus et Euripideas similitudines affert tres ex Eur. Herc. f. 1039., Suppl. 1135., Phoen. 3., Praeisse Homerum Robertus Enger censet, qui in Odyss. 16, 216. κλαῖον δὲ λίγεως, ἀδινώτερον ἤ τ' οἰωνοί | φῆναι ἢ αἰγυπιοὶ γαμψώνυχες, οἷσί τε τέκνα | ἀγρόται ἐξείλοντο πάρος πετεηνὰ γενέσθαι legi monuit; cum Persarum v. 737. Teuffelius Cho. 137. ἐν τοῖσι σοῖς πόνοισι χλίουσαν μέγα (in dem mühsam von mir erworbenen Reichtum) comparavit. Ceterum Sophocles in Antig. 1001. φθόγγον ὀρνίθων i. e. ὄρνιθας φθεγγομένους dixit. Coniungebatur vero abstractum cum genetivo concreti, quo definitius posset describi. —

— Iam de significatione substantivorum postquam absolvi, eo me convertam ut **numeros** videam.

Ac primum quidem de *singulari* numero agetur. — Cui numero pluralem vim interdum inesse agnovi. Id nominibus δάκρυ et quod est in Ag. 1083. σταγὼν — sed aliter iudicare videtur Weckleinius in edit. Orest. p. 105. extr.; congruenter mecum Schneidewinius ad edit. v. 1081. et Robertus Enger ad v. 1087. — et κῦμα in Sup. 192. inventis probatur, quae eadem res in vernacula consuetudine dicendi invenitur. Quare cetera exempla ut ναῦς ex Pers. 410., ἵππος ex Pers. 302., quippe quae et multa et plana sint, enumerare supersedeo; cfr. Kuehneri gram. ampl. II. 1. 13, 1. et Bernhardy synt p. 53. et Kruegeri gram. ampl. § 44, 1. 3. et Menge. rep. 29, 4. — Insolentius vero Aeschylus κώπη vocabulo ‚remiges' significavit in Pers. 370., quem ad versum ab Weckleinio facta adnotatio est videnda: quam poetae audaciam Euripides in Cycl. 86. imitatus est. — Nec minus quod in Cho. 1047. δυοῖν δρακόντοιν κάρα legitur memorabile est; quem usum ab Euripide et Aristophane frequentatum esse Bernhardy in synt. pag. 60 monuit. — De singulari numero haec quae breviter disputavi sufficiant: iam in *pluralem* numerum liceat inquirere. — Ac primum quidem Ag. versus 1439. est hic: Χρυσηΐδων μείλιγμα τῶν ὑπ' Ἰλίῳ, quem nominis proprii usum pluralem Aeschyleum esse Schneidewinius ad 1441. exposuit et Bernhardy in synt. p. 61. aliquid ignominiae inesse docuit. Rectissime igitur N. Weckleinius Χρυσηΐδων genetivum ‚mit Mädchen wie Chryseis' vertit; cfr. Krueger. gr. ampl. § 44, 3. 7., Curtii gram. § 362, 1. Bonum vero est Bernhardii iudicium: inde factum esse ut plurales id genus numeri non tam cothurno quam socco convenirent. — Deinde personarum significationes interdum plurales sunt: Orestes in Eum. 767. de se uno αὐτοὶ ἡμεῖς dicit; neque vero tacere debeo Weckleinium versui subscripsisse: die Verse 770—777 sind von Dindorf als unecht erklärt worden (versus non Aeschylei sed ab homine scripti qui quae breviter graviterque versibus praecedentibus dixerat Aeschylus loquacitate sua ineptissime dilatavit). Sie scheinen auch . . . mehr die Stimmung des peloponnesischen Krieges als der Aeschyleischen Zeit zu atmen. Quod vero in Ag. 32. τὰ δεσποτῶν legitur omnino non huc revocari debet et bene viri docti ‚des Hauses Glück' sive ‚die Lage meiner Herrschaft' verterunt; cfr. Eurip. Med. 54.: χρηστοῖσι δούλος ξυμφορὰ τὰ δεσποτῶν | κακῶς πεσόντα καὶ φρενῶν καθάπτεται, quem versum Klotzius in editionis Medeae p. 22. recte exposuisse videtur: nimirum δεσπόται erus et sui sunt intellegendi. — Tum nominis quod materiam significat pluralis numerus exstat αἱμάτων in Eum. 244. et in Cho. 282.: singulae cruoris particulae intellegi possunt sed rectius Wekleinius αἵματα

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad proximum versum ‚Gemordete' vertit. Cf. Soph. Antig. 120. et O. R. 1279. — Tum substantivi abstracti pluralis τυραννίδες in Cho. 403. obviam fit; significat autem regem regnumque inferorum; at cum de cantico versus depromptus sit rationem habere non debemus. Sed vocabulorum in quibus sensus alicuius significatio inest numero plurali poetae non pepercerunt: in Prom. 878. haec leguntur μανίαι με θάλπουσι, cfr. Eur. Hipp. 1351. διά μου κεφαλᾶς ᾄσσουσ' ὀδύναι. Item εὔνοιαι in Sup. 489. et in Sept. 450. singula beneficia hominis animo benevolo praediti accipienda sunt. Ceterum eodem plurali Demosthenem usum esse scimus. — Denique κάλλη in Ag. 923. stramina picta vel purpurea dicta sunt; cf. Roberti Engeri glossar. ad v. 896.: κάλλη prächtige, kunstvolle Arbeiten, Stoffe, Kleider, Teppiche. — Addere liceat nonnullas nominum concretorum formas plurales, sermone poetarum agnitas: legitur in Prom. 947.: πατὴρ ἄνωγέ σ', οὕστινας κομπεῖς γάμους | αὐδᾶν, quo cum versu Ag. 1156. ἰὼ γάμοι, γάμοι Πάριδος ὀλέθριοι comparari potest; cfr. Soph. O. R. 1403. ὦ γάμοι, γάμοι, | ἐφύσαθ' ἡμᾶς, ubi Schneidewinius pluralem duas ad nuptias Iocastae pertinere aperte negavit. Sed incrementum notionis in σκῆπρα plurali qui in Ag. 1238. legitur inesse ex Iliadis A. 14. στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ dilucidum est; cfr. adnotat. a Weckleinio ad Ag. 1264. factam.

De numeris substantivorum haec quam brevissime commemoranda esse videbantur; nunc de **casibus** quaestionem instituturus sum. — Ac primum quidem de *genetivo* casu agam. Propriam casus significationem originis fuisse — vide Bernhardy synt. p. 136, 33.: dieser einfache und natürliche Ausdruck der Kausalität, welchen die Grammatiker als wesentlichen Gesichtspunkt im Namen des Genitivus selbst ausprägten, — aperte ex Sept. 1031. δεινὸν τὸ κοινὸν σπλάγχνον, οὗ πεφύκαμεν agnoscere licet. Similiter Euripides in Med. 799. τεκνόω verbum cum genetivo matris ex qua liberi partu eduntur coniunxit; verba sunt haec: οὔτ' ἐξ ἐμοῦ γὰρ παῖδας ὄψεταί ποτε | ζῶντας τὸ λοιπὸν οὔτε τῆς νεοζύγου | νύμφης τεκνώσει παῖδ' κ. τ. λ., quo de genetivo ex τεκνόω verbo suspenso Klotzius in edit. Medeae fabulae p. 107. ad Rostii gr. Gr. § 108. 3. addit. p. 542. edit. VII. relegavit, ego ad Kuehneri gram. ampl. II, 1. p. 321. 7. relego. Quem genetivum praecipue tragico in usu fuisse Bernhardius in synt. p. 137. monuit. — Nec minus loci unde aliquis motus conspicitur — sed ut motionis nota postea delitesceret — genetivus in Ag. 1056. τὰ μὲν γὰρ ἑστίας μεσομφάλου | ἕστηκεν ἥδε μῆλα πρὸς σφαγὰς πυρός exstat, si libri ms. M. lectio est vera; Musgravius πυρὸς in πάρος immutavit adeo ut genetivus a πάρος pendeat; cfr. N. Wecklein. adnot. ad versum 1040. factam. Quod si quis in collocatione verborum ἑστίας . . . πάρος haeret, ad Roberti Enger adnotationem ad v. v. 1021. factam relego hanc: ἑστίας πάρος, eine bei Aeschylus nicht ungewöhnliche Wortstellung; das ans Ende gestellte Wort ruft den von nichts abhängigen Genetiv um so leichter ins Gedächtnis zurück; ähnlich μολὸν 283., vgl. auch 1112. Convenit igitur viro docto mecum de eo quod supra genetivum solum per se positum agnovi, cf. O. R. 808: ὄχου παραστείχοντα ubi hodierni editores ὄχους post Doederlinum scribere solent. Atque epicum usum ex Iliadis VIIII. 219. αὐτὸς δ' ἀντίον ἷζεν Ὀδυσσῆος θειοῖ οτοίχου τοῦ ἑτέρου agnosces. — Deinde a locali quem ferunt genetivo non multum differt temporalis, quem ex Ag. 278. 279. probo his: ποίου [Wecklein. πόσου] χρόνου δὲ καὶ πεπόρθηται πόλις; | τῆς νῦν τεκούσης φῶς τόδ' εὐφρόνης λέγω colligo, quo de genetivo Enger ad Kruegeri dial. § 47. 2, 4. 5. relegat; articulus quo iure in proximo versu defendi debeat, idem Krueger in dial. § 47. 2, 1. exposuit. Ceterum similiter Aristophanes in Plut. 98. πολλοῦ χρόνου ‚multo ex tempore' dixit et πόσου χρόνου ‚post quantum temporis' est in Ach. 83., quem ad versum Elmsleius ex Eupolidis comici fragmento quodam eadem πόσου

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

χρόνου verba adnotavit. — Deinde *obiectivi* quem dicunt genetivi exemplum in Cho. 178. habeo: ἔπεμψε χαίτην κουρίμην χάριν πατρὸς i. e. patri dedicatam; Weckleinius verba ‚als Liebesgabe von abgeschnittnen Haaren für den Vater' vertit comparatque ex Ag. 1386. Διὸς εὐκταίαν χάριν — quibus cum exemplis verba δίκαι πατρὸς i. e. iura patri debita congruunt, quae in Soph. El. 33. 34. leguntur, sed πατρὸς genetivum ex dativo πατρὶ a manu recentiore factum esse Dindorfius obtinet, quem secutus Schneidewinius ad versum adnotavit: πατρὶ δίκας ἀρέσθαι = πατρὶ τιμωρῆσαι, sed Theodorus Bergk in edit. fab. Soph. πατρὸς retinuit (vide p. 20.). — Tum genetivum praecipue cum verbis et adiectivis in quibus insit vis *participandi* construi nota est res. Aeschylea exempla sint μετοικεῖν γῆς ex Sup. 609. repetitum, τί τοῦδε σοὶ μέτεστι πράγματος, λέγε ex Eum. 575., νέου δὲ μύθου τοῦδε κοινωνήσατε ex Cho. 166., σαυτοῦ δ' ἀκήδει δυστυχοῦντος ex Prom. 508., quem ad versum N. Weckleinius ἀκηδεῖν epicum esse verbum adnotavit. Quamquam κοινεῖν cum accusativo pronominis coniunctum est in Cho. 716. ἡμεῖς δὲ ταῦτα τοῖς πρατοῦσι δωμάτων | κοινώσομεν, et in Ag. 509. μεθέξειν φιλτάτου τάφου μέρος et in Cho. 291. κρατῆρος μέρος | μετασχεῖν — omnia atticissime. Neque opus esse arbitror, cur Euripideam similitudinem ex Sup. 1078. repetitam adscribam hanc: μετέλαχες τύχας Οἰδιπόδα . . . μέρος: adeo perspicua ac nota est res. At ne quis in Soph. O. C. 1484. μηδ' ἄλαστον ἄνδρ' ἰδὼν | ἀκερδῆ χάριν μετάσχοιμί πως offendat, hoc in versu alia est ac fere μετασχεῖν verbi notio, quam recte Schneidewinus ‚hinterherbekommen' esse vidit comparatque μετανοεῖν, μεταλγεῖν verba. — Quod vero Aeschylus in Cho. 706. 707. ἀλλ' ἔσθ' ὁ καιρὸς ἡμερεύοντας ξένους | μακρᾶς κελεύθου τυγχάνειν (θελκτήρια) dixit, digna est quae referatur adnotatio a Weckleinio ad versus facta: θελκτήρια ist willkürliche Ergänzung für das handschriftliche aus 710. stammende τὰ πρόσφορα· θελκτήρια μακρᾶς κελεύθου wie πόνων θελκτήριος. Über den Akk. bei τυγχάνειν wie bei κυρεῖν 710. vgl. Eum. 31. 1039., Krueger II. § 47. 14, 4. — Tum μέλειν impersonale, ad quod genetivus rei quae curae est addebatur, in Prom. 3. σοὶ δὲ χρὴ μέλειν ἐπιστολὰς personaliter dictum est; constructionis mentionem Krueger in gram. amplior. I. 47. 11, 5. et in II. 47., 2. fecit. Cfr. Prom. 938. ἐμοὶ δ' ἔλασσον Ζηνὸς ἢ μηδὲν μέλει. Vix est cur epicum usum commemorem qui ex c. in α. 59.: τούτοισιν μὲν ταῦτα μέλει, κίθαρις καὶ ἀοιδὴ colligitur. Neque vero ceteros tragicos eo ab usu alienos fuisse certum est: vide Eur. Hipp. 104.: ἄλλοισιν ἄλλος θεῶν τε κἀνθρώπων μέλει. Ceterum ad Bernhardy synt. p. 150. relego. — Iam vero μέλομαι verbum apud Aeschylum semper cum genetivo coniungitur ut in Sept. 177. μέλεσθε δ' ἱερῶν δημίων. — Porro quod ὡς αὐτοῖσι μεταμέλῃ πόνος in Eum. 771. legitur, ea proprietas Aeschylea esse videtur: nam quod in Arist. Nub. 1098. οἶμαι δέ σε ταῦτα μεταμελήσειν invenitur, eo de neutro non est cur verba faciam. De Herodoti VI. 63. τῷ Ἀρίστονι τὸ εἰρημένον μετέμελε Kuehner in gram. II, 1. p. 307. monuit. — Tum ὑπερφρονεῖν Aeschylus cum accusativo coniunxit in Pers. 811. hoc: ὑπερφρονήσας τὸν παρόντα δαίμονα; Aristophanes ille quidem in Nub. 226. τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖς sibi admisit, sed tragicum ego constructionis exemplum comparare possum nullum; attamen alia despiciendi verba quae accusativum receperunt Kuehner in gram. II, 1. 327. n. 2. exemplis probavit. — Porro a πειρᾶσθαι verbo quod proprie cum genetivo iungitur in Ag. 1663. ἐκβαλεῖν ἔπη τοιαῦτα δαίμονας πειρωμένους pendere videtur et in Eurip. Troad. 979. verba sunt haec: ἢ γάμον Ἀθάνα θεῶν τινος πειρωμένη; sed Aeschyleum versum Casaubonus corrigendo in δαίμονος sanavit, Euripideo Dindorfius (ni fallor) medicinam dedit, cum pro πειρωμένη substitueret θηρωμένη. — Quod vero Kuehner in gramm. II, 1. p. 325. b. in Prom. 390. τούτου φυλάττου μή ποτ' ἀχθεσθῇ κέαρ verbo φυλάττεσθαι genetivum subiunctum esse iudicavit — cfr. Bernhardy synt. p. 181., qui vir doctus Soph. O. R. 161. τῶν, ξένε, πάμμορ',

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

εὖ φύλαξαι laudavit —: interpungendi signo deleto Aeschylea dicendi haesitatio sublata est; nempe a κέαρ substantivo genetivum pendere censendum est. — Sed rarum praeter comicos poetas usum verbi ὄζειν cum genetivo coniuncti, quo vapor unde effectus sit significatur, Aeschylus suum fecit in Ag. 1311. hoc: καὶ πῶς; τόδ' ὄζει θυμάτων ἐφεστίων; cfr. N. Weckleini not. ad 1309. factam: „du irrst dich, das ist nur der Geruch von den am Heerde geschlachteten Opfertieren". — Tum quod commemorem dignum est: Aeschylus in Prom. 629. οὐ μεγαίρω τοῦδέ σοι δωρήματος dixit; epicum esse vocabulum Teuffelius ad versum 626. monuit, at Homeri in Il. XXIII. 865. μέγηρε γάρ οἱ τόγ' Ἀπόλλων alia est constructio. Neque tragica exempla illius structurae verborum mihi quidem suppetunt. Aeschylus μεγαίρω verbum ad regulam φθονεῖν verbi direxit; cfr. Sept. 480. μηδέ μοι φθόνει λόγων. — Tum ad similitudinem verborum quae privandi habent vim Aeschylus in Ag. 458. τίς ὧδε παιδνὸς ἢ φρενῶν κεκόμμενος sibi concessit; N. Weckleinius Theognidis Megarensis verba νόου βεβλαμμένος ἐσθλοῦ ex versu elegiarum 223. comparavit. Aequabile sermonis tragici exemplum afferre nequeo, sed cfr. Kruegeri dial. § 47. 26, 12., qui vir. doctus Eur. Barch. 33. ὄρος οἰκοῦσι παράκοποι φρενῶν huc revocanda esse iudicavit, et Kuehner. gram. II, 1. p. 342. — Neque alia vel rectius ut dicam simillima est atque participii modo nominati ratio adiectivorum quae cum privativo quod dicitur ᾱ composita sunt notione passiva, ut exstant χρόνου ἄμεμπτος in Pers. 692., ἀτρύμων κακῶν in Sept. 857., κερδῶν ἄθικτον in Eum. 683., ἄκρυπτα Ἥρας in Sup. 296., θεῶν ἀμήνιτος in Ag. 627. Iam vero si Sophoclis verba ἄλαμπες ἡλίου ex Trach. 690. et ἄλυπα γήρως ex O. C. 1519. — cf. Schneidewini adnot. ad O. C. 1519. et 1722. factas — et ἀθώπευτος γλώσσης ex Eur. Andr. 459. comparata erunt, proprietatem Aeschyleam ne defendat quivis recusabit. — Quod vero genetivum qui in Ag. 917. in libro ms. est τούτων μὲν οὕτω, τὴν ξένην δὲ πρευμενῶς | τήνδ' ἐσκόμιζε et quasi per ellipsin quandam accipiendus esse videtur Schneidewinius exemplis ad versum ex Platone repetitis fulcire studuit — cf. Bernhardy synt. p. 141. 159. —, Weckleinius ad v. 941. perbene adnotavit ‚τοὐμὸν für τούτων Emperius. Die zur Rechtfertigung des Gen. beigebrachten Stellen sind anderer Art.' — Porro de genetivo qui in Ag. 667. 668. ὁρῶμεν ἀνθοῦν πέλαγος Αἰγαῖον νεκροῖς | ἀνδρῶν Ἀχαιῶν ναυτικῶν τ' ἐρειπίων in libro ms. legitur, G. Hermannus recte ad versum adnotavit: ‚genetivos hos cum verbo ἀνθοῦν constructos esse putarunt Matthiae in Misc. philol. vol. II. p. 6. et Lobeckius ad Ai. p. 332. Ferri id posset, nisi praegressum esset ἀνδρῶν Ἀχαιῶν, quod postulat ut alteri quoque genetivi ad νεκροῖς referantur. Quare verum est quod ante Schützium Arato in mentem venerat: ναυτικοῖς τ' ἐρειπίοις' — et sic hodie editores ni fallor omnes. — De dativis vero qui cum ἄρχω in Prom. 940. et cum κοιρανεῖν in Prom. 49. et cum ἐπιδεσπόζειν in Pers. 241. constructi sunt, poetae cum usu Homerico et Euripideo convenire ex Bernhardy synt. p. 169. colligo; N. Weckleinius ad Kruegeri gram. II. § 47. 20, 3. relegavit. Localis significationis dativi accipiendi sunt, cfr. Ameis-Hentze Anhang zu Odyss. η, 11., ubi viri docti, qui de ἀνάσσειν κρατεῖν βασιλεύειν verborum constructione disputaverunt laudantur. — Denique de genetivo qui est in Ag. 357. πολλῶν γὰρ ἐσθλῶν τήνδ' ὄνησιν εἱλόμην Robertus Enger mihi quidem bene iudicasse videtur, qui haec adnotarit: τήνδε ist Attraktion des Genus. ‚Denn als den Genuss von vielem Herrlichen habe ich mir dies erwählt', nämlich dass die Griechen glücklich heimkehren und ich mich des errungenen Guten freuen kann . . ., et similiter Weckleinius ad versum 352., sed longe aliter idque minus recte Schneidewinius ad v. 335., qui partitivum genetivum esse voluit, iudicaverunt. —

De genetivo casu quod memoria dignum proferam amplius non habeo; iam ut de **dativo** casu agam, eo me converto.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ac primum quidem negare debeo Schneidewinium ad Soph. Antig. 859. sq. τοῦτε πρόπαντος | ἁμετέρου πότμου | κλεινοῖς Λαβδακίδαισιν — ubi ἁμέτερος intellegi vult ὁ πεσὼν ἡμῖν πότμος, adeo ut dativus pro genetivo accipiendus sit — recte comparavisse Aesch. Pers. 844. 845. ἦ πολλὰ καὶ παρόντα καὶ μέλλοντ' ἔτι | ἤλγησ' ἀκούσας βαρβάροισι πήματα — qui βαρβάροισι dativus unde pendeat si quis intellexerit, de dativo pro genetivo posito non cogitabit. — Deinde bonum dativi ethici exemplum in Ag. 344. invenisse mihi videor hoc: θεοῖς δ' ἀναμπλάκητος εἰ μόλοι στρατός, quae verba Weckleinius ita vertit: wenn ohne Frevel gegen die Götter das Heer abziehen sollte. — Deinde in Ag. 851. sq. leguntur haec: νῦν δ' ἐς μέλαθρα καὶ δόμους ἐφεστίους | ἐλθὼν θεοῖσι πρῶτα δεξιώσομαι, ubi δεξιοῦσθαι cum accusativo fere coniunctum — cf. Kuehner. gram. II, p. 276. A. 4. — dativum subiunctum habet, utpote cum verbi προσεύχεσθαι significationem habeat; cfr. Wecklein. not. ad v. 843. factam et Bernhardy synt. p. 86., qui vir doctus de constructione verborum quae ad cultum deorum pertinent disputavit. — Porro in Prom. 930. καὶ προσδοκᾶν χρὴ Ζηνὶ δεσπόσειν τινά; et in Eum. 708. sq. ... ὀρθοῦσθαι δὲ χρὴ | καὶ ψῆφον αἴρειν καὶ διαγνῶναι δίκην | αἰδουμένοις τὸν ὅρκον, impersonale — quod falso dicunt, cum sit substantivum — χρὴ cum infinitivo coniunctum cum dativo constructum est. Sed in Eumenidum versu editores post Canterum αἰδουμένους scripserunt, in Prom. 930. καὶ προσδοκᾶν χρὴ δεσπόσειν Ζηνός τινα; N. Weckleinius correxit. Ceterum de δεῖ verbo impersonali constructio nota est; cfr. O. C. 721. et Platon. Phileb. p. 253., Rep. X, p. 311.; cfr. Kuehneri gram. II, 1. p. 255.; — sed memorabilis est adnotatio a Schneidewinio ad versum facta: dass die Vulgate νῦν σοι ... δεῖ .. φαίνειν ἔπη einen Fehler enthält (es müsste heissen νῦν σε δεῖ) lehrt Schömann zu Isaeos p. 380. Quod Bonitzius in Beiträge II, 54 seq. — nisus Eur. Ion. 1317. τοῖσι δ' ἐνδίκοις | ἱερὰ καθίζειν ... ἐχρῆν — dativum cum infinito coniunctum a χρὴ pendere voluit, obloquitur Nauckius in Anhang ad Antig. 736. fact., τοῖσι δ' ἐνδίκοις esse dativum commodi ad καθίζειν verbum revocandum cum doceat. Denique virorum doctorum iudiciis computatis negari debet χρὴ substantivum cum dativo et infinitivo construi posse, et refutari Bernhardii sententiam in synt. pag. 91. prolatam. — Tum dativorum qui ex substantivis pendent exempla in Prom. 501. ἀνθρώποισιν ὠφελήματα et μέλημα δώμασιν in Cho. 235. leguntur. De dativo cum ὠφελεῖν verbo constructo Krueger in gram. II. § 46, 8, 2. et N. Weckleinius ad Promethei 342. exposuerunt, de dativo cum ὠφέλημα substantivo coniuncto hic doctissimus vir ad Prom. 501. similitudines et Euripideas et Aristophanis et Platonis enumeravit. Cfr. Krueger. gram. I. § 48, 12, 4. — In Cho. versu δώμασιν cum φίλτατος coniungi potest. — Huc fortasse revocandus est Prom. v. 81. ὡς κώλοισιν ἀμφίβληστρ' ἔχει, ubi Weckleinius ‚der Dativ κώλοισιν ist regiert von dem in ἀμφίβληστρ' ἔχει liegenden Begriff ἀμφιβάλλειν' docuit. — Tum μίμνειν verbum non sine aliqua audacia dativum pedisequum habet in Ag. 1150. ἐμοὶ δὲ μίμνει σχισμὸς ἀμφήκει δορί; de μίμνειν cum accusativo coniungendo Kuehner in gram. II, 1. p. 253, 3., de μίμνειν verbi cum dativo constructi Bernhardy in synt. pag. 98. extr. egerunt. — Denique de αὐτοῖς συμμάχους notissima constructione quae in Prom. 221. legitur alio loco disputabitur.

Ad id locorum cum de genetivo et dativo casibus sermo fuerit, tertio loco **accusandi** casum attingere liceat; cfr. der Accusativ bei Sophocles .... von Eduard Escher. Zürich 1876.

Ac primum figurae etymologicae quam dicunt memorabilia exempla esse videntur κερύκων σέβας σέβειν ex Eum. 92. depromptum, ὑμνοῦσι δ' ὕμνον ... πρώταρχον ἄτην ex Ag. 1191. — ubi Robertus Enger adnotavit: sie singen ein Lied auf die πρώταρχος ἄτη, die Unschuld; est igitur πρώταρχον ἄτην appositio pro eo quod fere desideratur attributo dictum —,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cetera exempla Aeschylea secundum Atthidem formatae esse videntur. Nam cur de νόσον μαίνειν, quod est in Prom. 977., aut de πήδημα ἅλλεσθαι, quod in Pers. 305., similibus verba faciam, non habere videor. De μέρος μετέχειν et quae eo pertineat supra de genetivo cum esset sermo disputatum est. Addo σέλας ἀστράπτειν ex Prom. 356. et θάλλειν βίον ex Pers. 615. (cfr. Theocr. XXV, 15. μελιηδέα ποίην λειμῶνες θαλέθουσιν) — cum utrumque verbum per se intransitivum sit — neque ἐξαναζέσει χόλον verba versus Prom. 370. huc revocanda sunt; idem postea Plutarchi usus verbi ζέω fuit, cfr. Bernhardy synt. p. 110. — Deinde ex substantivis ex quibus accusativus pendet imprimis notabilia sunt μύρια, μύρια πεμπαστὰν ex Pers. 977. (W. S. Teuffel: der Acc. abhängig von dem Verbalbegriff des Substantivs) et ex Eum. 553. seq. τὸν . . . παρβάταν | τὰ πολλὰ παντόφυρτ' . . . | βιαίως ξὺν χρόνῳ καθήσειν, ubi vero Weckleinius nisus Bekkeri Anecd. p. 84, 10. βαρίβαν mutavit; G. Hermannus haec adscripsit: τὸν ἀντίτολμον καὶ παραιβάταν τὰ πολλὰ παντόφυρτ' ἄνευ δίκης idem est ac si dixisset τὸν οὕτω πολλὰ τολμήσαντα. — Ceterum quos attuli versus chori sunt; similis audacia in diverbio mihi non obviam fuit. — De accusativo cum adiectivis iuncto infra dicetur. — Tum quo quis movetur accusatus indicium est in Pers. 451. νῆσον ἐκσῳζοίατο (Teuffel-Wecklein.: ἐξοισοίατο), cfr. Krueger. 46, 1. A. 1., Pers. 809. γῆν μολόντες, Prom. 724. Ἀμαζόνων στρατὸν | ἥξεις, Prom. 735. ἤπειρον ἥξεις Ἀσιάδ(α), Cho. 1036. προσίζομαι | μεσόμφαλον θ' ἵδρυμα, Λοξίου πέδον, Sup. 501. ἡγεῖσθε βωμοὺς ἀστικούς, Sup. 955. στείχετ' εὐερκῆ πόλιν. — Tum accusativi temporis memorabiles sunt τὸ ἦμαρ ‚diu' in Eum. 696., ὄναρ in Eum. 131. ‚per somnium'; de τέλος τάχος similibus non est cur dicam. — Tum accusativos modales primus Aeschylus adhibuit ut τὸν αὐτὸν τρόπον in Cho. 274., τὸν μέγαν τρόπον in Sept. 268.; sed notissima de re disputare supersedeo. Quem poetam ceteri tragici secuti sunt, cfr. Bernhardy synt. p. 119., sed quomodo vir doctus Pers. versum 148. ἀλλ' ἥδε θεῶν ἴσον ὀφθαλμοῖς | φάος ὁρμᾶται μήτηρ βασιλέως ope accusativi modalis exponere voluerit ego non perspicio. — Denique notabilis esse videtur versus Cho. 15. χοὰς φερούσας νερτέροις μειλίγμασιν, ubi si recte haberet μειλίγμασιν pro μειλίγματα esset dictum, quod quin omnino non liceat nemo hodie dubitat et post Casaubonum μειλίγματα editores scripserunt. — Postremo duplicis accusativi cum uno verbo coniunctum unum quod memoria dignum sit exemplum inveni in Ag. 813. seq. his: δίκας γὰρ οὐκ ἀπὸ γλώσσης θεοὶ | κλύοντες ἀνδροθνῆτας Ἰλίου φθορὰς | εἰς αἱματηρὸν τεῦχος οὐ διχορρόπως | ψήφους ἔθεντο, ubi ψήφους ἔθεντο pro ἐψηφίσαντο dictum esse G. Hermannus commemoravit. — Quod vero ad verba πέδον πατεῖσθαι in libro ms. M. alter accusativus appositus est, id ferri non posse neminem fugit; cfr. G. Hermanni adnot. ad Ag. 1317. et Cho. 631. factas. — Denique quasi absolute accusativus φρουρᾶς ἐτείας μῆχος in Ag. 2. ad verba θεοὺς μὲν αἰτῶ τῶνδ' ἀπαλλαγὴν πόνων appositus esse putabatur, ita ut verbum quo nostrum ‚ich meine' significaretur esset subaudiendum, et viri docti Ag. 1054. μαρτυρίοισι γὰρ τοῖσδ' ἐπιπείθομαι κλαιόμενα τάδε βρέφη σφαγάς, Soph. Antig. 857. ἔψαυσας ἀλγεινοτάτας ἐμοὶ μερίμνας πατρὸς τριπόλιστον οἶκτον comparaverunt et G. Hermannus pervulgatam esse rem dixit, sed bene Weckleinius in Ag. 2. μῆκος scripturam libri m. recepit et interpungendo et interpretando vir doctus alterum versum Aeschyleum expedivit, vide edit. trilog. p. 104.

De substantivis haec quae quam poteram brevissime exposui sufficiant.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cetera exempla Aeschylea videntur. Nam cur de νόσον
μαίνειν, quod est in Prom. in Pers. 305., similibus verba
faciam, non habere video rtineat supra de genetivo cum
esset sermo disputatum e 356. et θάλλειν βίον ex Pers.
615. (cfr. Theocr. XXV, τιν) — cum utrumque verbum
per se intransitivum sit — Prom. 370. huc revocanda sunt;
idem postea Plutarchi usu p. 110. — Deinde ex substan-
tivis ex quibus accusativus μύρια πεμπαστὰν ex Pers. 977.
(W. S. Teuffel: der Acc. a bstantivs) et ex Eum. 553. seq.
τὸν . . . παρβάταν | τὰ πολ καθήσειν, ubi vero Weckleinius
nisus Bekkeri Anecd. p. 8 is haec adscripsit: τὸν ἀντίτολ-
μον καὶ παραιβάταν τὰ πολ si dixisset τὸν οὕτω πολλὰ τολ-
μήσαντα. — Ceterum quo lacia in diverbio mihi non ob-
viam fuit. — De accusat ur. — Tum quo quis movetur
accusatus indicium est in P klein.: ἐξοισοίατο), cfr. Krueger.
46, 1. A. 1., Pers. 809. γ τὸν | ἥξεις, Prom. 735. ἤπειρον
ἥξεις Ἀσιάδ(α), Cho. 1036 ξίου πέδον, Sup. 501. ἡγεῖσθε
βωμοὺς ἀστικούς, Sup. 955 tivi temporis memorabiles sunt
τὸ ἦμαρ ‚diu' in Eum. 696. e τέλος τάχος similibus non est
cur dicam. — Tum accu hibuit ut τὸν αὐτὸν τρόπον in
Cho. 274., τὸν μέγαν τρό e disputare supersedeo. Quem
poetam ceteri tragici secu sed quomodo vir doctus Pers.
versum 148. ἀλλ' ἥδε θεῶ βασιλέως ope accusativi modalis
exponere voluerit ego no e videtur versus Cho. 15. χοὰς
φερούσας νερτέροις μειλίγμ v pro μειλίγματα esset dictum,
quod quin omnino non lic onum μειλίγματα editores scrip-
serunt. — Postremo dupli m unum quod memoria dignum
sit exemplum inveni in Ag σης θεοὶ | κλύοντες ἀνδροθνῆτας
Ἰλίου φθορὰς | εἰς αἱματηρ ντο, ubi ψήφους ἔθεντο pro ἐψη-
φίσαντο dictum esse G. H ro ad verba πέδον πατεῖσθαι in
libro ms. M. alter accusat e neminem fugit; cfr. G. Her-
manni adnot. ad Ag. 131 si absolute accusativus φρουρᾶς
ἐτείας μῆχος in Ag. 2. a γὴν πόνων appositus esse puta-
batur, ita ut verbum quo subaudiendum, et viri docti Ag.
1054. μαρτυρίοισι γὰρ τοῖσ γὰς, Soph. Antig. 857. ἔψαυσας
ἀλγεινοτάτας ἐμοὶ μερίμνας t et G. Hermannus pervulgatam
esse rem dixit, sed bene V libri m. recepit et interpungendo
et interpretando vir doctu rit, vide edit. trilog. p. 104.

De substantivis h posui sufficiant.

© The Tiffen Company, 2007
TIFFEN Gray Scale
R G B W K C Y M
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf